

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Vita S. Rochi**

**Diedus, Franciscus**

**[Mainz], um 1494-95**

[urn:nbn:de:bsz:31-299702](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299702)



+ DM 401

von

T  
24.

AN 759

AN 760

AN 76A


---

IP, +10546.

GW 2795 (II) (2 an Du 401)

GW 4607 (7 an Du 401)





Petrus ludouicus Maldu  
ra In Vitam sancti Kochi


Contra Pestem Epidimie: Apud dñm digniss  
mi intercessoris Unaci eiusdem Officio.



9

396

...  
...  
...  
...



**I**  
no lig  
re: sed  
rius o  
litaré  
tus é  
duca  
dei c  
deff  
vone  
omib  
ec sic  
ex ca  
a na  
fenu  
fina  
Dm  
nua  
vra  
ope  
mu  
iuc  
mu  
er n  
fi n  
em  
bu  
se  
p  
in  
S  
F  
in

**R**ochum: patre Johāne: matre vero libera no-  
mine genitū cōstat. Is patriā habuit montē  
pessulanū: que olim Agatha sive Agathopon-  
lis appellabatur Narbonensis gallie oppidū  
nō ignobile. cui alijsq; nōnullis pater ipse nō tyrānoꝝ mo-  
re: sed iusticia: integritate: prudentia: diuino timore: suos  
rūq; oīm beniuolentia ⁊ gratiā imperauit. Qui tācti mīn-  
litarē disciplinā p omne fere etate exercuit: et in ea versan-  
tus est. seculi tamen hui⁹ molliciem: illecebrasq; veluti ca-  
duca paruq; momenti aspernatū. Omni fide ⁊ caritate  
deū coluit. non ignarus homini deū timenti nihil vspiam  
desse. fortunatq; omnes ad eū vndiq; cōfluere. omniaq; pro  
votis illi cedere. Quapropter deū immortalē in rebus  
omnibus agendis auspice sibi pposuit. Is vxorē infecundā  
ac sterile ad senectā vsq; pductā. ignarus quo pacto prolē  
ex ea cōpararet. quā mirū immōdū optabat. Quā omibz  
a natura insitū est. posteros ex nobis quibz ppetuari cen-  
semus appetere. Adhortat ut immortalē deū ac virginē  
saluatoris genitricē supplex adeat oratq; sibi filium dari.  
Omibus vtilē ac fructuosum: deo gratū. Cui⁹ gloriā nō  
tueatur modo. verū augere ac illustrare cōtendat. Cōiun-  
y viro obsequēssima. oculis in celū erectis. dei ac virginis  
opem his verbis implorat. ¶ Te rerū oīm parens. regē  
mūdi regina virgo. mortaliū spes vnica. afflictoꝝ omniū  
iucundū ac dulce refugiu. Tuus ope cūcti mortales vti-  
mur. seruos tibi deditos in te ac tua erga omnes pietate  
et miserationē sperantes ne deseras obsecro. votisq; nris:  
si modo christiane reipublice cōducas: annuito. Optam⁹  
em̄ filiu. nō ut patrimoniu augeat. fortunās cōquirat. res  
humanas p libidine misceat. sed ut illas pauperibus cro-  
get. tibi deseruiat. laudem et gloriā tue maiestatis p̄dicet.  
pro te ac nois tui amplitudine cruciatus omnes: mortēq;  
subire nō dubitet. His dictis. mulieri visum est deū ac vir-  
ginē eius annuisse votis. Domū itaq; reuersa virū cōuenit  
Remq; omnē aperit. Honestū cōsortiu. diuinūq; cōingiu  
ineunt. ac filium genuit. Erat annus hic ab incarnatione  
a ij

verbi Millesimus ducentesimus nonagesimus quintus.  
Olimpiadis vero Quingentesime nonedecime annus se-  
cundus Quo Rochus ille felix et diuinarū rerū peritissi-  
mus in lucē emerfit. Cuius nois interpretacōnes ceteris re-  
linquamus. cū multe variegq; ab eruditis uiris describātur  
Hoc vnū tamen fateri audeo. virū fuisse omnibus sceleri-  
bus eritū: virtutibusq; refertū. Nec mirū cuiptā videat.  
hunc deo aspirate genitū. Nā q̄s neget multaq; diuinū spi-  
ritus aurā ingeri posse: et ab ip̄o deo quedā sobolis prin-  
cipia infundi. ac deū cū hoīe charitatis cōmunionē habe-  
re. Ex qua quidē gratie sequūtur. quarū auxilijs hominē  
hoc pacto generari nō absurdū videt. Nec mirū hoc eius-  
cemodi existimes: vt que fabulis pdita sūt. apud phryges  
de atti. apud bithinidas de herodoro. de endimione ap̄d  
archadas. et apud Romanos de numa. Quos om̄es cū  
immortalibus cōsortiū habuisse fabulantur. diuinitatēq;  
inquit sapientū cōgressus minime aspernari. Vana hec  
et gentilibus ppria. et cū tempestate demones: diuina tū  
pmissione. p arbitrio agebant. Hos vere qui sacrosanctā  
ecclesiā imitamur. sic Rochum genitum arbitramur vt  
Joannem baptistā ex helisabeth et zacharia senio iā cōn-  
fectis. diuino afflatu. eoz bonitate et erga deū fide genitū  
fuisse credim⁹. Mater itaq; mire pulchritudinis puen-  
rū et rubra cruce in pectore signatū: cōspicata obstupuit.  
Sūmaq; voluptate affecta est: existimās eū deo fore gra-  
tissimū. Illūq; pprijs vberibus educare decreuit. Qui sicut  
miraculo cōceptus ac genitus. sic bonitatis ac sancti-  
monie signa p̄sagiaq; sanctissimus infans p̄stauit. Nam  
cū mater in beate virginis memoriā mercurij et veneris  
diebus semel tantū vesceretur. Puer quoq; ut et ip̄e hon-  
norē deo redderet et inedie corpus tenella etate disponer-  
ret. iisdem diebus semel tantum lac ex vberibus hausit.  
Cūq; ad quintū etatis annū puenisset. ab apostolo paulo  
edoctus vt corpus castigaret et in seruitutē redigeret. cū  
bo potuq; parassime utebatur. Duodecimū vero agens  
annū delicias om̄es et magnificos apparatus. impensas

amplioresq; sumptus profusus abiecti: in pauperes et ege-  
nos liberalitate cōplecti maluit. Exteros p̄terea et pere-  
grinos eque ac p̄pros cūes dilexit: hilari facie: sermone  
fere diuino: hūanitate: dignitate: animiq; splendorē ceteris  
omnibz id etatis p̄latus euidē se mortalibus prestetit.  
Pauperes vero p̄ ceteris obseruare: solari: iuuareq; p̄ vi-  
tū sua p̄posuit. Si quid vero tēporis illi superat, non ad  
voluptates et delicias animo declinabat: sed ad sūmi dei  
cultū. eiusq; vires et amplitudinē inquirēdo. Quantū etia  
te poterat sumopere fretus ingenio: tantū p̄fecisse cūctis  
vitis est. vt magnū et singulare nomen atq; gloriā adep-  
tus sit. Johānes interim pater etate morboq; grauatus  
mortē subueritus Rochum accersiri iubet. quē in hūc mo-  
dū allocutus est. ¶ Tempus adest mi fili quo seculi hu-  
ius tempestates: p̄cellas: fluctuationesq; deseram: et meo  
operū premia cōsequar. Cū deo quoq; immortalē  
si me hoc munere dignabit locū habeam. Ceterū aū te pre  
ceteris omnibus diligā. et in te vno exornādo curas omnes  
cogitationesq; defixerim. quedā tibi cōmemoranda existu-  
mani. que ad bene viuendū cōducere visa sunt. Te itaq; p̄  
superos oro ac obtestor vt mea hec p̄cepta non despicias.  
Deū igitur in primis colito et saluatoris nr̄i tormēta cru-  
ciatusq; sepissime reminiscitor. quibus nos saluos esse vo-  
luit: humanūq; genus om̄i scelerū ac vicioꝝ labe depra-  
uatū: p̄ditūq; in fonti cruore: ab imis acherontis penetra-  
libus: eterneq; noctis in lucē reuocauit. Pupillis item et  
viduis idq; genus omnibus. alieno suozūq; p̄sidio destitu-  
tis open ferro. Quarta p̄terea tenacitate: flagicioꝝ om̄i  
p̄niciosissimā. quā nemo sapiens vnq; securus est cauetō.  
Nam si fortunas quibus abundamus pauperibz eroga-  
ueris: si virgines parentibus atq; opibus destitutas viro  
locaueris. si mulieres obscene prostitutas ab errore sub-  
tractas. cōiugio deuinzis. si deniq; clementiā obserua-  
ueris. scito te hominibus ac ip̄i deo gratū fore. si hosp̄i-  
taliatem celebraueris. si morbo grauatos adire et manū

bus tractare non indignū putaueris. cūcti mortales dei  
cōsorcio te dignū iudicabūt. ¶ Rochus obtemperaturū  
se patri promittit. qui paulopost e vita migravit. Iustis  
itaq; exequijs patricio more. solemnī pompa pactis dum  
sanctus hic adolescens in lachrymis adhuc esset. patrisq;  
funeribus augetur. priusq; vice simū exegisset annū: ma-  
trem squalore. meroreq; cōfectam amisit. Eorūq; igitur  
que pater monuerat non oblitus. nō inerte aut socordie  
non luxui aut vicijs deditus. non lasciujs aut nequicjs  
pensundari passus est. Verū luce doctrinā imitatus. qui  
inquit. Tendite que possidetis. elemosynam date. faccu-  
losq; vobis facite qui non veterescūt. thesaurū indeficien-  
tem in celis disponite. quem fur nō a propriat: neq; tinea  
corrūpit. Hereditarias opes egenis clam in partē. christi  
dogmata imitatus. Qui vetuit huiuscemodi distributio-  
nes in p̄tulo fieri: ne suā quisq; distributor in hoc secu-  
lo ex ea gloria mercedem caperet. Sanctiq; dexterā: sin-  
istre manus negotia in pauperū largicōnibus ignora-  
re. Exhausto igitur ad del et virginis honorē ac laudem  
peculio. Paternisq; monitis. quantū ei p̄ etatē licuit stu-  
diose pactis. patrie se parū prodesse ratus. principatu se  
abdicauit. Patrioq; oppidis que a patre susceperat pre-  
fecto ac summa republice tradita. ipse in italiam proficisci  
statuit. Breuī quadā coccinea veste indutus. viliq; pallio  
lo supraposito. pileo: pesa et baculo s̄p̄p̄is. pedibusq;  
perone munitis. nullo comitante Romam versus iter di-  
rigit. superatq; alpium iugis et amfractibus italiam in-  
gressus ad oppidū a spulit. quod accole aquā pendentem  
nominant. Idem em̄ sciuissima peste verabatur. Qua re  
intellecta Rochus ad hospitale cōfestim se cōtulit. vt pau-  
peribus egrotantib; inseruiret. Eucatoq; vincencio hos-  
pitalis magistro: eum sic alloquitur. ¶ Sentio locum  
hūc peste laborantibus refertū. neq; vnū esse qui a cete-  
ris destitutus solus his inseruias. Quod cū ita sit vt me  
tibi sociū adūgas oro. quo facilius eos curemus. Iuua

bo te donec vita superst. **T**ui **v**incentius **E**t si mi hospes  
non vulgaris tua est erga proximum charitas: et in deum  
fides. **T**ua tamen eras adeo tenella et formae tue prestan-  
tia laborem hunc assiduū: immensumque fetorem minime  
patieris. **A**d haec **R**ochus **N**onne in sacris codicibus legi-  
tur **D**ivino fretis presidio nihil esse difficile. **S**i modo actio-  
nes nostras ad eius cultum nulla mortali spe pellecti tendi-  
mus. cuius amore huc accessimus. **S**criptum est enim **Q**uod  
cumque vni ex minimis meis fecistis: mihi fecisse existimo.  
**N**egat **v**incentius **R**ochum id sine maximo vite discrimi-  
ne experiri posse. **P**este gravatos omnes esse plurimosque  
dictum extingui. neminem autem evadere. **D**eum ipse testatur  
**C**ur inquit huic tanto periculo te obsequas. mortisque expo-  
nas. **Q**uot hic sint lacrymae: quot clamores: quot ulula-  
tus: difficile dictum est. **C**ontra nihil voluptatis: nihil otii:  
nihil denique quietis est. **A**t **R**ochus. **N**onne scriptum est.  
**U**bi manus est periculi: ibi et praemium longe maius esse  
necesse est. **N**on enim unusquisque civica: vallagij: murum: obsi-  
dionalis corona donabatur. **S**ed qui civem Romanum  
ab hoste servasset. aut vallum transisset. murum primus con-  
scendisset. seu civitatem obsidione liberasset. **Q**ue omnia ut  
magna et ardua. ita et immortali gloria merito prisca illa  
etas decorare consuevit. **S**i igitur hac vana et mortali glo-  
ria pellecti: non opes modo ac vires **V**erum vitam animamque  
effundere non dubitarunt. **C**ur nos qui christum imitamus  
vite parcamus. praesertim cum in sacris litteris habeamus  
**N**on coronari nec supernos lares ingredi: locum ve in celo  
definitum habere: ubi perpetuo evo fruamur. nisi eos qui les-  
gittime certaverint: et animam suam odio habuerint. **F**acigi-  
tur obsecro. ut egrotos a deo. **T**um **v**incentius hunc ho-  
minem quasi a deo missum existimas. veritus ne si eum repel-  
leret: deum ipsum ad iracundiam excitaret. suisque egrotis boni  
aliquid adimeret: censebat enim hunc divinum hominem illis  
auxilio et saluti fore. **Q**uia propter eum ad valitudinarios  
ducit. **Q**uorum omnium dexteras tangit: signoque crucis co-

munitos peste liberat. ac dum ciuitatē lustrat idem sedulo agit. Qua ex re stupor omnes inuadit. At peste soluti. deum eiusq; nomen ad astra tollit. Hunc vero e celo missum. diuinitusq; in tanta mortalium clade donatum arbitrantur. Quibus itaq; et incolis quos in pristina valitudine reducereat Rochus iubet ne eius nomen prodant. Quod ipso illo relicto cōfestim cesenā (togate gallie vr̄bem) eodē morbo correpta. p̄fectus: eam incolumem redit. Quibus confectis Romā longius itineribus cōtendit. quā supra ceteras italie vr̄bes infectā: cōtaminatāq; p̄ferat. Quo delatus ad britonicū quendū Cardinale: bonitate et moribus parē diuertit. qui apud pontificē martimū: summe auctoritatis erat: et habebat cūcti eū deū gratissimū. et sanctimonie specimen esse p̄dicabāt. Cui Rochus errata sua cōfiteri voluit. euaristiaq; ex ip̄i optumiri viri manibus sumpsit. Qui cū faciē Rochi intueretur: et ex ea diuinū quoddā lumen emicare cōspexisset obstupuit. maximaq; illū veneracōne p̄sequebat. Orauitq; vt vr̄bē peste pene obruta liberaret. Urbem in quā christi sedem quondā orbis terrarū caput. sanctoꝝ hoim domicilij. bonarū artij ac liberaliū disciplinarū olim nutrice. ac diui petri tēpitate: innocentij viroꝝ hospiciū. Recim mērito. mūdi caput appellatā. At Rochus Hortaliū inquit Reuerende pater salus: morq; a diuino rerū opifice pendet. Ille enī voluptatib; nequicijs: ceterisq; sceleribus implicitos: et ad peccandū p̄cliuēs dānat. Itē virtutib; morūq; integritati ac iusticie deditos p̄tegere ac fouere nō desistit. Ille egrotos liberat: mortuosq; ad vitā reducit. Eum itaq; orato. q̄ neminē ad ip̄m cōfugientē repellit. crucisq; patibulo suffixis manib; oēs euocat. illos amplecturus q̄ ad eū cogitacōnes conuerterint. Ereptis tñ ad celū oculis deū sic orat. ¶ Et si clemētissime pat̄s Cardinalis huius sac̄tissimi p̄ces. multo plus p̄dēris ap̄d te n̄ra oracōe habent. tñ ut gl̄e sue splendor: nom̄isq; amplitudo clarius elucet. Preces meas ad te profundere nō dubitauit.

Patiare urbem hanc sacrosancte ecclesie sedem pietate atq;  
clemētia tua ab hac seuissima cōtagione liberari. Virūq;  
hūc sanctissimū in crucis tue signo ab omni periculo ser-  
uari. ¶ Quia oracōne habita Rochus cruce Cardinalis  
frontē regnat Ita ut eius impressio cutē penetrat. Ac si  
cauterio crux fuisset iniusta. Domū itaq; cardinalis egressus  
suis a cōpluribus postulatur. quid sibi crux illa significet.  
Quibus ille. vir quidam diuinus me ut a peste seruarer.  
cruce hac muniuit. Laudabant nōnulli. Alij quāplures  
Cardinalem ut crucē deponeret que faciē dehonestabat  
hortabātur. Pudore ductus Cardinalis domū reuersus  
Rochum orat ut crucē ei demat: ne cōmibus ludibrio sit.  
Ad quē Rochus. Nemo seruoꝝ est reuerende pater: quā  
dñi sui militis aut imperatoris insignia ferre nō gloriē.  
Quia ppter Andreas et petrus apostoli cruce suffigi non  
modo nō turpe sed etiā gloriosum putauerunt. et illā tā acer-  
bam mortē pati voluerunt. vt christū pceptorē imitari vi-  
derentur. Franciscus itē paulo supra etatem nostrā vir  
sanctissimus. stigmata suscipere in victorie et glorie signū  
nō est veritus. Cui tu igitur hoc cōtemnis? In quo dei  
filius vt te ceteros saluaret sūmo dedecore clavis affixus  
hastāq; cōfossus est. ferto igitur vite: salutisq; vixallū. quā  
gratiā cōsequaris. Legitur em̄ Qui ad vitā vult ingredi.  
cruce tollat. etiq; sequat qui sibi met nō peperat. Quibus  
dictus Cardinalis cōfestum acquieuit. cruceq; gestare stan-  
tuit. et Rochum ad pontificē deduxit. Illūq; esse docuit  
qui ei crucē humiliter. Rochus autē in terrā pstratus: et  
ad pontificis p̄des puolutus. lachrymis eos rigat. suū  
rūq; peccatoꝝ veniā deposcat. Pontifex hominē cōspican-  
tus veniā nō indigere inquit. diuinūq; esse hominē affir-  
mat. Tum Cardinalis vnde hanc in eo prestantiā cogno-  
uerit rogat. Cum prius inquit hūc cōspectimus. ex eius  
oculis radij quidā pfundi videbātur. qui nos in admira-  
tionē ac stuporē deduxerunt. Ad Rochūq; cōuersus. qua  
patrie. quibusue parētib; ortus esset interrogat. Rochus  
vero: siue ut pontificē cōtemplaret. cui celestis regni clades

• Potestasq; soluendi ac dissoluendi cōcessa erat. sup qua  
petra omnis ecclesia constructa est. Aut forte veritus ne  
si patriā parentesue ediceret. omnibus cognitus ab insti-  
tuto detraheret: subintrat. Impetrataq; a summo ponti-  
fice venia Cardinalē secutus est. cuius cōubernio trien-  
nio vsus Cū e vita Cardinalis decessisset Rochus Rome  
amplius morari noluit Urbēq; egressus: et oppida queq;  
finitima circum: et peste interceptos diuine crucis impres-  
sione saluat. Rochi virtute summū deum colebāt lauda-  
bātq;. Quod scilicet tantū homini tribuisset vt mortuos ab  
inferis pene renocaret. Qui cū omnē fere rogatā galiam  
morbo correptā liberasset in transpadanam urbem truci  
pestilentia vexatā se contulit. et ad hospitale quoddā dīo  
uertit. In quo vti benigne susceptus: ita egrotantes pro  
more ad vnū videt. signat. saluat. Labore igitur somnoq;  
grauatus lectulo se p̄sternit. ac dū quiesceret amenissimā  
vocem in somnis audit. Roche mi. qui itinera. algorem.  
inediam. ingentesq; labores p̄pessus es. dolorem quoq;  
ac tormenta et corpis cruciatus meo intuitu te pati ne-  
cessē est. Cuius vocis dulcedine ext̄p̄fectus. acuta febre  
(tanq; gladio sinistra coxa trāsfixa) se grauatum sensit.  
Ita ut cū ardore doloreq; nullā quietē cōparare. nec voci  
quidē tēperare posset. oculis ad celū directis inq;. Et si an-  
tea dulcissime ihesu me seruū tuū esse existimauerim. Nūc  
vero cū me tormentorū tuorū parte donaueris et me illis  
dignū fegeris: carū nō tibi ac iucundū esse cōpertū ha-  
beo. Cuius amore dulcia hec mihi videntur. p̄ quo mor-  
tem quoq; non subterfugio. His dictis aurium clamare  
occepit. Infirmi vero qui affatim eo ducebantur. omnes  
in Rochum cōdamant. orantq; ut sileat. ac dolores qui  
damore nō tollūtur patienter vti ceteri seruat. Et sanctus  
ille charitate ardens. ne ceteris impedimento esset. hospi-  
tale exiit seq; ante fores humi prostrauit. Pertrāscentes  
autē hospitem obiurgabāt iubebātq; illū introduci. existi-  
mātes id hospitis incuria factū. Negat hospes cū cete-  
ris morari velle. ne illoꝝ quietē perturbaret. Qua de re insa-

nis ac demens ab omnibus habitus, ex vrbe pellitur.  
Tum Rochus deo comite baculo innixus ut potuit ad  
nemus vrbi vicinū prorepfit. Tum vero grauissimo do-  
lore premeretur ad arborē cornū quādam cōstitit, ibiq; al-  
quantisper cōquieuit, mox in proximū quoddā tuguriū  
se recipit. Rursus in hūc modū precatur. **Q**uantū ma-  
testati tue debeam mirissime ihesu, qui seruū tuū experiri  
noluisti. Eumq; meritis excruciare tormentis nō ignoro  
Quoniā egronis fortasse nō ea charitate, vt amor in me  
tuus expostulat opem tulerim. Imbecillitati nostre tua  
clementia ignoscas obsecro, nam q̄s mortalū est qui pro  
meritis tibi valeat inseruire. Itaq; ne destituas me ihesu  
clemētissime: neue solū hic interferarū seuerā omni destitu-  
tum p̄sidio cadere patiaris. Deus autē admirabilis, qui  
seruos suos nūq; deserit. Hubeulā cōtestum e celo demisit,  
que ad tuguriū hostium delapsa aque fontem sub ipis  
Rochi pedibus profudj, qua scaturigine mirū immodā  
oblectatus Abluto corpe et aliquantulū refrigerato: dolo-  
rem illū acerbissimū aliqua expte lenisse visus est. Quem  
quidē fontē ad hęc ipsa tēpora seruātū intuemur. Verū ne  
potū modo, sed et abū ei tribuisse videret, ne iuredia per-  
ret et gratū sibi esse illū ostenderet. Ceteris quoq; tolerā-  
di exemplū p̄beret. Virū quoddā et antea inauditū pos-  
tentic sue testimonū tulit. Rus em̄ quodpiā huic nemori  
vicinū: frequentibus edificijs, maximo sup̄ erectis erat.  
Quo primores illius ciuitatis cōfugerāt, quos inter Bot-  
hardus famulus nō ignobili, vir opulentissimus erat. Die  
seruos q̄sp̄lures habuit, canesq; ad venandū aptos. Ex  
quib; vnus ad mensam heri audacius p̄gressus cū Bot-  
hardus discubisset: panē p̄ter cōsuetudinē ex ei⁹ manu  
rapuit. Inde q; pfugiens ad Rochum defert. Verus hoc  
parufecat: familiaritati: necessitatiue tribuens. Verum  
cū sequenti die in prandio et cena idem fecisset. Ira cōcū-  
tus Borhardus, seruos quasi cibum nō p̄bentes, cōuictis  
prosequitur. At illi Cibū huic ceterisq; cambus hęc vi-  
uit deus prestam⁹ inquit, et qd sibi hoc velit ignoram⁹.

Quod cū audiūisset si demio canis id moliretur: illū se-  
qui statuit. Venit paulo post panēq; vti ceperat: rapuit.  
Bothardus vero cōfestum cibo relicto illū fugientē sequi-  
tus est. qui panem ad Rochi tuguriū demisit. et recli-  
nato capite panē porrexit. Quē Rochus accipiens bene-  
dixit. At Bothardus qui illū cōtinenter obseruauerat stu-  
pore cōpressus inquit. Inextricabiles sunt vie tue iesu ad  
mirabilis infinita potestas tua. singularis bonitas: et in-  
homines tibi seruientes immensa pietas. Qui esurientes  
bonis implet: diuites vero qui opibus magis q̄s tibi in-  
seruiūt egenos reddis. Quiq; helie coruo ministrāte cibū  
p̄buiti. Accensus igitur diuino ardore Bothardus: pro-  
tinus ad Rochi tuguriū puenit: illūq; humi prostratū  
interrogat. Quisnam esset. aut qd mali pateretur. Tum  
Rochus eū obsecrabit: ut procul absistat. Se cū peste  
vecari nūciat. Bothardus domū reuertens: secū sic ani-  
mo volutat. Deum miserū et infelicem: diuinoq; lumine  
orbatū. Canis hic meus: cui ingenū natura negauit et  
brutis anumerauit. cuius vitā: mortēq; idem existimari  
licet. Miselli huius egrotātis cōmiserens: tanta indu-  
stria: tantoq; artificio ei cibum quesuit. inuenit. attulit.  
At ego: qui diuicijs habundo: cui a natura ingenū tri-  
burū esset cōmiserendi vis nō ignarus Bonū nullū apd  
deū immortalem absq; premio dimitti. Operūq; meoz  
mercedem expecto. Patiar ne sanctū hūc hominē solum  
inter ferās et vepres. ab omnibus de caelis inferire. Auer-  
tat deus tantum crudelitatis aut seuitie in me cōtineri.  
Ad Rochum itaq; ex templo reuersus: his verbis eū ab-  
locutus est. Sentio me beatissime vir deū: req; simul in-  
iuria affectisse. crudelitātēq; in te exercuisse. Reuersus itaq;  
tecū in hoc tugurio mansurus sum: nec domū rediturus  
priusq; bonā valitudinē adeptus fueris. Tuus hic ad-  
uentus Rochus inquit. Eo mihi gratior. quo diuina pru-  
dentia potius q̄ humano cōsilio factū existimo. Que boni-  
mā corda rore sui spiritus pfundit. que futura omnia ab  
eterno prouidit. que bonū nullū sine amplissimo munere

pretermittit. malū autē nullū qđ nō puniat: et iusticiā clemē  
mentē inuictrā: omni seueritatis rigore omisso: complexa  
est. Neq; adeo in bonos: pietatis sue oculos defixit: vt  
malos deseruisse videatur. Eis autē quos elegit viā rectā  
ostendit. quēadmodū in te fecisse cōiicio. Qua ex re mihi  
pspicuū est. Posteaq; rubore ac timore omisso: illi inferri  
nūre desideras. te gratū illi esse. Perge itaq; ut cepisti. quo  
felicitatē cōsequaris. quā deū tibi promississe videre mihi  
videor. Hec et q̄plura alia dū diuini hoīes fabulātur. tan  
tū huiuscemodi sermones ptraxere. ut fame premi inciperent.  
Admirariq; sunt mirū immōdū: canem ut cōsueuerat  
panē non attulisse. Gothardus itaq; Rochum allo  
quitur. Quo pacto mi pater cibum tibi cōparabo. Cui  
Rochus Futura nequaq; querenda sunt. Vodo spem  
nostrā in eū locauerimus. qui recto iurē omnia regit. qui  
necessarijs in rebus nunq; defuit. in superfluis vero nunq;  
abundasse visus est. Tamen primi parentis errore: mor  
talibus inuictū est. vt labore sudoreq; sibi victū acquirere  
Tu itaq; baculū: perā: pileū: palliūq; sumito. et circūuicti  
na loca plustrāto: ac panē ostiatim mendicatio. Nullum  
equidem pater (Gothardus inquit) lehorē subrefu  
gio. modo deo immortalī tibiq; cōplaceam. verū omnes  
qui hec loca incolūt me noūt. nec sibi vnq; p̄suadebunt.  
De aut tante sanctitatis esse: aut in tantā incidisse misē  
riā vt mendicare debeam. Sequere christū et apostolos  
Rochus inquit. Qui quāuis dei filius esset: cuius verbo  
cūcta ex niblo creata sunt. tamen a mortaliūbus victū que  
rere deus et homo nō erubuit. Qui vero eū sequebantur:  
relictis omībus. mendicare sibi gloriosum existimauerūt.  
His motus Gothardus lectus. placentiā profectus est.  
Hic dum quasdā v̄pnos p̄currit et panē petit. cū illū dī  
tissimū esse cūcti nō ignorarent. ab omnibus ludibrio est  
habitus. Ad amici tandē cuiusdā ostium declinat. quo sa  
miliarissime utebat. Cū vero ab eo cognitus fuisset. ira  
cōcatus amicus Gothardū quibus potuit cōuictis et cō  
tumelijs impetit. ac si patrimoniu optinuis vir ille qđ erat

amplissimū pfusissime cōtriuisset. Cur inquitens panē ca-  
nibus parcius nō exhibuisti. quem si moderate illis tri-  
buisses: hac misera careres. ac domi te sine familie tue de-  
decore cōtineres. Si vero tantillum prudentie aut sapi-  
entie in te fuisset: domi potius inedia mori. q̄ tuoz inui-  
ria mendicare debueras. Uerū postq̄ ad hāc inopiam:  
egestatēq̄: tua culpa: tuis erroribus prolapsus es. Uire  
miser. Abi hunc scelerate. Abi familie tue dedecus. mallico  
securiq̄ dignus. Recessit igitur gothardus. iniurie cōtra  
meheq̄ impatiens. Querebat em̄ amicū cui plurimū sin-  
debat. nullū erga eū beniuolētie signū ostendisse. Tora de  
hinc vrbe plustrata cū duobus vir panibus ad Rochum  
regreditur. et illi rem omnē aperit. Tum Rochus. Amis-  
cus ille tuus: qui dei serm̄ despexit peste sauius dolore  
ingenti veratur. & vitaq̄ hac luce migrabit. Illoz tamen  
ignorantie cōmiserendū est. Quapropter ciuitate visere  
egrotosq̄ in dei virtute sanare statui. Tu interim hospiti-  
ciolū. tuguriūq̄ hoc nostrū obseruabis. Sequēt̄ autē lu-  
ce Rochus nondū liber. sumpto baculo ubiq̄ innisus pla-  
centiā vt potuit pficiscatur. hospitale p̄ more visitat. egro-  
tos hilari facies. amenissimis verbis consolatur. tangit: et  
signo crucis liberat. Per vrbe autē p̄gressus: eo morbo la-  
borātes in deoq̄ sperātes: ad pristinā valitudinē reducit.  
Sole autē ad occasum inclinato. tuguriū repetere cōstitit.  
Soluū itaq̄ p̄ siluā incedit. bruta ~~q̄~~ aduersa va-  
litudine verata: ad Rochi pedes puoluta sanitate posce-  
bant. Quāplūres p̄terea eū extra vrbe. rerū magnitudine  
mori p̄secuti sunt. vocēq̄ de celo missam audire daman-  
tem. Roche Roche. orationē tuā exaudium. sanitatēq̄  
tibi donauimus. In patriā itaq̄ deo aspirante. reuertere  
penitentā aucurus: ut sanctorū numero ascribaris. Ob-  
stupuerūt cūctoz animi. qd̄ nouū et inauditū nomen au-  
diuissent. Ex his vnus deo acceptus arbitratus Rochū  
illū esse: qui infirmos sanabat. certior tamen fieri cupiens  
Siluā ingressus ad Rochi tuguriū se cōtulit. ibiq̄ eo in-  
uenit. Salue inquit Roche sanctissime. cū p̄spectū habeā

deū tui miserū. sanitate bonāq; valitudinē tibi reddidisse  
et te in patriā reuocasse. priusq; hunc discederes te visere  
volui. Et q; deo te gratissimū esse pcepim⁹. urbē hāc non  
strā et nos oēs ac fortunas nras tibi cōmendam⁹. et tuo  
auxilio fouendas tradimus. Rochus qui nemini adhuc  
nomen suū pdiderat. quis te inquit nomen hoc meū esse  
edocuit. Ille rē ut acta est enarrat. Rochus primo autu  
mās neminē pter se vocē illā audiuisse. hunc quoq; intel  
lexisse didicit. Senibus ad terrā flexis hunc orat ne mori  
talū cupiā aperiat eū Rochū esse. vt ignotus liberet su  
ne animi molestia in patriā redeat. Ille se facturū pmit  
tit. Gotthardus autē pauloante. p̄ste Rochū sanctū sau  
ciū vix ambulare potuisse. mox liberū et incolumē euasisse  
cōspicatus. diuino munere id factū existimās: maiorē ven  
neracōne illū est psecutus. Ad quem conuersus Rochus.  
quibus potest racōnibus hortatur: vt in siluis vitā dege  
ret: et deo inferuieret Qui docet in doctrina. qui exhortat  
in exhortādo. qui p̄est in sollicitudine. Sacculū itē cōterat  
q̄ tinea nō formidet. talēq; se superis p̄beat in tū celesti  
cōsorgio dignū illi existimēt. Cū vero ad mortē ambo p  
uenerint vt in hac fluctuosa rerū ambage. erūnarū labo  
rūq; socij extitissent. ita in vna diuino lumine fruerentur  
Quo inqt viso mi Gottharde: nihil vltēius queris: nihil  
appetit. cū in eo sint omnia: que ad p̄fectā diuinitatis ma  
lestatē currūt. ita ut nullā facieratē reddat. Verū enixius  
aliqui spectātes: quo magis illū intuent. eo magis videre  
cupiūt. **Iuxta sacrum.** Spiritus me⁹ supra me⁹ dulcis. et  
q̄ me cōtū adhuc esuriūt. et q̄ me bibūt adhuc sitiūt. **Eya**  
igit mi gottharde: illū sequere: q̄ et nullo creauit oia: qui  
nos oēs non amat solū. sed fouet et cōplectit. qui nō fortu  
nas nostras. nō viros: non liberos: non deniq; mortau  
lium rerum quicq; verū cordis ardorē eius amore et cha  
ritate accensum. non suo sed nostro cōmodo optimi pa  
rentis more requirit. **Cui Gotthardus Diue pater inqt**  
**Sero me omnia saturū Si modo tecum peregrinari**  
**passus fueris. Itinerisq; comitem me tibi adiuuabis.**

b ij

Aut saltem vnamecū hic aliquāisper immobilis fueris  
quo disciplina ista tua imbutus. facilius heremi incōmo-  
da sufferam. Quō cū Rochus intellexisset: non parū huic  
viro. iam ad bene beate recteq; viuendū inclinatio se p̄su-  
turū ratus. mutato cōsilio morā dierū aliquot sub veteri  
solitoq; tugurio. cū Gothardo traxit. Quo tpe Rochus  
diuinariū rerū peritissimus. pauli heremite dogmata: hie-  
ronymi: antonij. ceterozūq; qui in heremo viā cōtriuere  
instituta Gothardū edocet. Quibus pactis: relicto in silo-  
ua Gothardo Rochus deo comite longis itineribus in  
galliam delatus est. Que armoz strepitu bellorūq; turbis  
ne vexabatur. In patriā itaq; iter dirigēs ad oppidū quod-  
dam puenit. quod Rochus patruo vti iam diximus don-  
nauerat. Prefectūq; eius loco suffecerat. Is in templū p̄-  
more cōcessit. qui a lictoribus cōprehensus (explozatorē  
em̄ illū arbitrabatur) in vincula cōiectus ad principem  
deducitur. A quo quisiā esset interrogatus Ihesu christi  
seruū et peregrinū esse inquit. Orauitq; vt vōra sua prose-  
qui eū sineret. Princeps Rochum ob habitū et squalorē  
rem haud quāq; agnoscebat. illūq; in carcerem ceteroz;  
omniū maxime tenebrosū. belli suspitione: formidinetq;  
cōpressus detrudē iussit. et custodibus imperauit vt illum  
diligenter obseruarent. Qua ex re Rochus deū immo-  
talem id genus erūnarū. qd̄ grauissimū videbat. vt illum  
elegisse arbitratus est. illi gratias habens qd̄ omni crucia-  
tus genere eū dignū feceris. Carcerē itaq; ingressus. tene-  
brarū: fetoris ac scorpionū focus: ad terra rediāto ge-  
nu: deum ac virginē orat. ne illum deserāt. virtutē prestent  
quo facilius cetera incōnoda patiat. Hic igit̄ maximis  
laboribus. maxima vire austeritate: vigilijs: verberibus  
corpus cedendo: tanta abstinentia ut cocum aliqd̄ sume-  
re luxuriā putaret. Tantum deniq; corpus cōtriuerat vt  
vix squalida mēbra humi colligeret. Quinquenniū ibi cō-  
sumpsit. Quo exacto se ad cetremū vire deuenisse ratus.  
carceris custodes vt sacerdotē quēpiam ad eū introducāt  
erorat. Deductis igit̄ sacerdos carcerē: lumen necunde.

acceptantē. splendore p̄spicū ingredit. Qua de re mirum  
immodū obstupuit. Rochū deinde intuens. et facie ip̄ius  
diuinū quidpiā spirare. fulgorēq; oculoꝝ admiratus: sem̄  
an̄i<sup>9</sup> factus. verbum vix eloqui ausus est. Et quid vellet  
Rochū postulauit. Tūc ille ad sacerdotis pedes puolu-  
tus: delictoz veniā imploꝝat. rogatq; eucharistiā sibi da-  
ri. Sacerdos lachrymās ad principē se cōfert ac monet  
q̄ modestissime graui iniuria deū affectū esse q; sanctissī-  
mū hominē om̄i p̄f̄is scelere alienū qui quennio iam in  
carcere tenuerit: vite austeritatē. hominis patientiā. lumina  
na p̄terea in carcere visa narrauit. que oīa sanctitatis indē-  
cia sunt. Hac re passim p̄ oppidū vulgata. ducti pietate  
oppidani videndi hoīs desiderio tenebant. et se ad carcerē  
cateruatim cōferūt. At Rochus morbo correptus cū ali-  
quātiſper quieti se dedisset: dei v̄ciū ei in somnis visus  
est. sic inquit. Tēpus est mi Roche v̄ tuā hāc sanctissī-  
mā animā in patris sinu collocē. Quāobrem. si qd pro te  
aut mortalibz qui p̄ā oprandū posuisti. anteq; v̄ vita mi-  
graris. a deo oprimo maximoq; petito. fiet em̄ qd cūq; op̄-  
taueris. Tum Rochus parēs inq̄t mirissime. qui populū  
tuū ab egipcioꝝ manibz. sinus arabici pelagio liberaſti.  
Qui ioh̄ in te sperantē et vrbibus nequissimis catha-  
clis-  
mo cripuisti. Qui ionā seruaſti. Qui nullū in te sperantē  
reijcis. neminē frustraſ. oēs in te cōfidentes p̄ auxiliū tuū  
imploꝝātes. qui nomen aut patrocinū n̄m inuocauerint  
A seuisſima p̄ seruaſ. p̄tegre ac tueri nō dedigneris  
Nec id. ſis meritis: sed miſericōnis et clemētie tue mago-  
nitudine: oracōni mee cōcedat. Hāc p̄terea miſerā et ſontem  
animā: tua pietate maiestatis tue cōspectu dignabere. quā  
uis nihil vnq; in hac vita egerim. vt tanto munere dignū  
me fuiſſe exiſtmem. pietatis t̄i et clemētie tue vim erga  
me benignissime iher̄ ostēdito. Qua oracōe habita. deū  
oprimū maximū. clementissimū ( cur? esse obiectūq; illud  
beatificū viuēs adhuc in celū raptus cōspicatus ) opratis  
suis annuisse cognouit. Que munera c̄si rerū oīm op̄ifer  
ſua p̄te potētia mortalibz elargiri potest. maiestatis tamē  
b ij

se e magnificentiā clementiāq; sanctorū suoz meritis ita ex  
poscentibus veluti instrumentis quibusdā in nobis exer-  
cet. Voluit em̄ deus suo noīe demonia cūgere, serpentes  
tollere, sup̄ egros manus imponētes: ad pristinā valitudi-  
nē reducere. Exorata igit̄ diuine amplitudinis claritate  
Rochus humi deiectus, oculis ad celiū reuolutis, artu-  
busq; modestissime cōpositis, animā superis redit. Tum  
vero qui ad carcerē cōuenerūt lucernas ingēssas intus p̄  
quasdā runulas lucefcere inspiciūt. Id ad carceris custo-  
dem deferūt, qui cōfestim reclusis foribus beatissimū cor-  
pus solo prostratū: ad caput et pedes lucernas ardere cō-  
pēt. Ad latus vero tabella his lris inscripta inuēta est.  
Peste laborātes ad Rochi patrociniū cōfugientes, cōtra  
gionē illā truculentissimā euasuros. Nō vbi ad principē  
delatū est: magnitudine rei cōmorus, sanctissimū corpus  
sūma pompa ad templā deferri iubet. Quā ē ip̄e p̄sentia  
sua exornauit. Principis vero mater cū Rochi nomen in  
tabula cōspertū legeret. Filiū his verbis alloquit. **Hic**  
nepos tuus est ex fratre genitus. Quo defuncto hic benig-  
ne tibi imperiū cōcessit, et in ytalīa extersasq; regiones  
p̄fecus est. Ut vero certiores reddamur, corpus adeam⁹  
In cuius pectorē si crucē cōperiemus: hūc illū esse scito.  
Qua cruce inuenta, mater principē obiurgare cepit,  
eius crudelitātē detestata. Cuius causa vir sanctissimus  
immerita morte ⁊ familie sue dedecore extinctus est ex quo  
plangor et ululatus fit. Oppidani olim principis sui ca-  
daver: sanctissimūq; corpus lachrymis hūmeris it oscu-  
laq; defigūt. Iustisq; rite exequijs pactis: princeps ma-  
gno impendio ei templū erexit. Diem sollemnē quo diuus  
Rochus obiit imperat Sextodecimo scz kalendas sep-  
tembris Anno christi **M.ccc. xxvij.** Olimpiadis p̄o quis  
gentesime vicesimeseptime Anno **1527.** Nō sollemnē sta-  
tutūq; sacru: ad hec vsq; t̄pa ab incolis celebratur. Cui⁹  
sanctissimi viri merita atq; opa supra septimū et octoges-  
simū annū ytalos latuere. Et eius corpus iā Venecijs or-  
natissimo templo reseruat, religioseq; colitur. Anno vero

D. cccc. xliij. kalendas vero iulias quindodecimo. christi  
fideles et Romane ecclesie prelati: quo grecorum heresim  
tollerent Omnes in urbem Constantia germanie ceber  
riana in unum conuenere. urbem illam pestis seuisima inuasit.  
ita ut omnes de fuga consulerent. Arbitrati enim sunt id deu  
monu opa factu: quo dei ecclesia. petriq; nauicula si nauis  
fragare non possent: illam saltem agitare ac turbare conarent.  
At deus clementissimus nolens republicam christianam pdes  
re. dum prelati morte formidantes ad unum omnes urbem re  
linquere statuisent. Adolescentes quidam germanus. christia  
na religionem labefactari timens. diuino numine afflatus  
supra etatem audacius patres sic alioquit. Etsi deus oim  
conditor sacrosanctam Romanam ecclesiam christianamq; repub  
licam et urbem hanc saluare potest. voluit tamen sanctis suis  
pauptua quedam elargiri. quibus intercessoribus. mortales  
vora et optata consequatur. Audio enim Rochum quendam a  
gallus summa in ueneracione habitum. cuius meritis omnes  
ad eum confugientes. parte liberantur. Nobis itaq; consiliu  
do patres optimi ut ad illum confugiamus omnes. Cora  
pusq; nostrum in uia castigemus. et sub Rochi vexillo sig  
noq; supplicaciones pro urbem facite: ac illi orate ut apud  
deum cuius rem agimus precibus inster: urbi sua misera  
tione salutem prestare non dedignetur. Adolescentis consilium  
patres omnes approbauere: et solenni pompa Rochi ima  
ginem omni comitante populo pro urbem deferunt. supplicaco  
nes pro more ~~et~~ corporaq; ieiunijs et uerbis casti  
gant. Cuius pactis. difficile dictu est. quam breui pestis  
illa euanuerit. Quapropter ciues et incolae omnesq; conuen  
tus: luctum et merorem in gaudium conuertunt. Et sanctum uirum  
maximo honore germani quoq; prosecuti sunt. Feliciter  
itaq; christianis rebus compositis soluto conuentu italiam ad  
nos Rochi nomen d. uulere. Ad quos tandem longo post  
luminio reuersum basilicas. sacella. templeue in eius no  
men construendi materiam prebuit. Ad que confugientes  
imagines. statuas. uotozum argumenta. et sanctissimi uiri  
opera intuentur. Que si scriptis mandare uelimus. diffi

illius pfecto nobis esset principiu q̄ exitu reperire. Quo  
propter consulto missa faciemus illa. ne si incuria nostra  
tantoꝝ operum merita: minus laudauerimus. illi glorie  
partē subtraxisse videamur. Nūc itaq; om̄es imitemur  
Nūc pijs oracōnibus psequamur vt deo simul et illi ser  
uientes: eius supplicationibus diuine clementie munera  
consequamur.

## Officiū sancti Rochi

**Q**ongratulamini om̄es in domino diem bea  
ti Rochi cōmemorantes in cuius cōmemora  
tione letatur ecclesia. plebs exultat et angeli  
dulcē dāt melodia dicentes: gloria tibi dñe  
qui talem virū in cōfessorem elegisti. Ps̄ Beati imma  
culati iſt̄ via qui ambulāt in lege dñi. Gloria. Oratio  
Eus qui es gloriosus in gloria sanctorū. cūctis  
ad corū patrocinia cōfidentibus sue penitōnis sa  
lutarem prestas effectū. concede plebi tue: vt in  
tercedente beatē Rocho cōfessore tuo: que in eius celebri  
tate se deuota exhibet. languore epidimie quā in suo corū  
pore protuli nois gloria passus est sit liberata. et tuo no  
min̄ semp sit deuota.

### Epistola Ad Thimotheum.

Charissime. Demor esto ihesum christum resur  
rexisse a mortuis ex semine dauid secundū euangeli  
um meū in quo laboro vsq; ad vincula. quasi  
male operās. sed verbū dei non est alligatū. Ideo omnia  
sustineo. ppter electos: vt et ipi salutem cōsequantur que est  
cū christo ihesu in gloria celesti. Tu autem assecutus es  
meam doctrinam. institutionē. propositum. fidem. longan  
imitatem. dilectionē. patientiam. psecutiones. passiones.

qualia mihi facta sunt Antiochie y conso: listris. quales  
psecutiones sustinuit. et ex omnibus me eripuit dñs. et oēs  
qui pie volūt viuere in christo ihesu psecutionē patiūtur.

Hi pio sancto Rocho honor sit et gla Graduale.  
et depcantes apud celeste numen: tuis p̄cibus mor  
bo epidimie saluos redde. & Hac quesumus beate cōfeso  
sor xpi. vt ap̄ deū p̄ces nostre nō sint vane. ⁊ nobis aeris  
temperiem cōcede et in fine tecū in celis cōgratulemur.

Alleluia & O beate cōfesoꝝ Roche q̄s magna apud deū  
sunt merita tua quibus credimus nos a morbo epidimie  
posse librari. et aeris temperiem concedi. Alleluia.

¶ Illo tpe. Dixit ihesus Scdm Mattheum  
discipulis suis. Vigilate quia nescitis qua hora sur  
uenturus sit. Illud autē scitote. quomā si sciret paterfamī  
lias qua hora sur venturus esset. vigilaret utiq; et nō su  
neret p̄fodi dñm̄ suū. Ideo et vos estote parati: qz nesci  
tis qua hora filius hoīs venturus sit. Quis putas est fide  
lis seruus ⁊ prudens. quē cōstituit dñs sup familiā suam.  
vt det illis cibū in tpe. Beatus ille seruus quē cū venerit  
dñs eius inuenit sic facientē. Amen dico vobis: quon  
iā sup omnia bona sua cōstituet eū. Offertoriū.

Te beatū Rochum christi cōfesoꝝem cōratū facim⁹ et  
p̄ces ad te patrē nostrū dirigitur. ut tua intercessione a  
languoribz epidimie saluemur et aeris tēperie potiamur.  
Eterne deus. Qui imminentē minuitis Prefatio  
interitū sola misericordia reuocasti: quibus in propina  
tor existeris cū oracōnis penitentiā p̄stulisti. et huic popu  
lo tuo ante cōspectū glorie tue prostrato orandi. tribue  
p̄ritatē. et quē desiderat presta liberacōnis effectum. vt  
quos vnigeniti tui p̄cioso sanguine redemisti. nō patiaris  
misericordia tua mortalitatis interire supplicio. Per xpm  
dñm nostrū.

Secrera.  
Arce nobis dñe. et flagella ire tue que peccata n̄ra  
merentur p̄cibus ⁊ meritis beatissimi cōfesoꝝis tui  
Roche a nobis misericorditer auerte. Per.

O q̄ magnificū est. nomē tuū beate Roche Cōmune  
qui tuis intercessionibz multitudinē languentū nosū san  
nare. et nomen tuū gloriosum cōmemorantibus omnibz  
te ppiciū exhibere. veni et salua nos a morbo epidimie et  
acris tēperem nobis concede. Post cōmunionem.

Reita q̄m̄s omp̄s deus: ut qui celestia sacramenta  
pcepimus intercedere beato Roche cōfessore tuo  
p̄bec cōtra om̄ia aduersa mūdi muniamur. et ab omni  
morbo et peste ac a subitanea morte liberemur. Per.

Cōmemoraciones que fuit post missam et post euangen  
liū sancti Iohannis In principio erat verbū.

Quiescat ira tua dñs et esto placabilis sup nequitia pop  
puli tui. sicut iurasti p̄ temetipm̄ Sāctus deus Sanctus  
fortis Sanctus et immortalis miserere nobis. Orō

Onipotens et misericors deus. respice ppicius sup  
populū mḡestāt̄ tue subiectū. et ne nos furor seu  
ens inueniat dextera tue ppiciacōnis custodiat. Per.

Onipotens sempiternus deus. qui p̄cā Alia  
bus et meritis beatissimi Rochi cōfessoris tui quā  
dam pestem hominū generalē reuocasti. presta supplicibz  
tuis: ut qui p̄ simili peste reuocāda sūt tua cōfugiūt fidu  
cia ip̄ius gloriōsi cōfessoris p̄camine. ab ip̄a et ab omni  
p̄turbatione liberentur. Per.

An̄to Roche interueniente dñe seruitus n̄ra com  
placeat et obsequia muneris nostri fiāt premia deu  
otorum. Per. Alia

Ac̄o munere satiati supplices te dñe deprecamur: ut  
q̄s debite seruitutis celebramus officia. intercedens  
te beato Roche cōfessore tuo saluationis tue sentiamus  
augmentū. Per.

Theoderici gresmūdi Junioris moguntini Caro  
men Elegiacū ad huius libri lectorem in laudem  
sancti Rochi.

Dunc quicūq; legis deuota mente libellū:  
Tu cole mirandi numina sancta viri.  
Fumidus ether alit spiramina pestis iniqua;  
Flebulæ letiferam dat male fausta luem.  
En iuuenisq; senexq; tunc perimente veneno:  
Dergitur en litigij nō rediturus aquis.  
Pestestasq; furit maris instar fluctibus acti:  
Corripit en multos heus rabiosa viros.  
Rochum ergo nūc quisquis ades venerare beatū:  
Ad Rochumq; plæ accumulato preces.  
Roche pater miserū: spes: anchora pfugiūq;  
Prebe aurem famulis: roche pater miserū.  
Munere te digno donauit rector olimpi:  
Tabificam ut valeas pellere ab orbe luem.  
Deposuit gentes tua numina fausta miselle:  
Dorbus hic nostris finibus exul eat.  
Angelica atq; hominū manus exaturata ruit:  
Nostrū neu pergat dilamare genus.  
At deus omnipotens conceptū corde furore  
Euomat in teucros improbulosq; viros.  
Utq; lupis sua nō comittat ouilia: sed nos  
Functa regat ab orbificaq; lue.  
Dec te Roche pater lachrymis rogitam? obortis:  
Pro nobis dñm posce benignis opem.  
Nāq; potes: modo nūc deditos tueare dentes:  
Corpora cōseruans ingenūq; simul.  
Presertim medicū tactū defende Joannem  
Ad: tua laus cuius munere in orbe viget.  
Is voluit tua gesta premi reddiq; libellis  
Is tibi comissus premia digna ferat.

Faint, mostly illegible text in a historical script, possibly Latin or German, arranged in several lines across the page. The text is significantly faded and obscured by numerous small, dark spots (foxing) and larger stains.



B. IX. 2

D. M. 4142

H. Spiegel

restant + Nov. 1572, Hr.



D.M. 4142  
H. Spiegel

B. IX. 2

restant

